

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio ax
cum uariis

Sunt quidam qui uelut conuersi ex pristinis moribus nichil abiciunt, non mente mutantur sed ueste, nec actu sed habitu. Hii sunt qui sermone tantum non opere seculo renunciassent contenti seculariter uiuunt, et uicia sua inani professione uite melioris abscondunt, ac religionis ymaginarie nomine palliati, opinionem uirtutis pro uirtute suscipiunt; predicant magna, nec faciunt; accusant uicia, nec deponunt; publice sibi displicere simulant quod occulte committunt; magni student uideri, non fieri.

Prosper de uita contemplatiua libro I.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Religio ax] Religio ay P V¹ V² L¹ L²; nec] non P V¹ V² L¹ L²; contenti] contempti B M; inani] in ani P V¹; professione] perfectione (*del. intra*) C; ymaginarie] ymaginarice C